Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distribvtvs

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

Visual Library

ideò quoad illos remanet ius antiquum incorrectum *l. præcipimus C. de Appell. vt poſt Nau. Rodriq. & alios d. Garcia dicta p. 7. cap. 3. numer.* 18. vnde poſſunt filij legitimi in eiſdem eccleſijs, in quibus præſunt, vel præfuerunt genitores eorum, beneficium obtinere *cap. ad hæc de fil. Presbyt.*
12 immò etiam paternum beneficium conſequi poſſunt, ſi eorum genitoribus defunctis media interceſſit perſona, cui prædictum beneficium collatum fuerit: filius enim prohibetur beneficia paterna habere immediatè, nè ſucceſſio in eccleſia Dei ſit hæreditaria, ſecus mediatè *cap. ex trãſmiſſa c. ad extirpandas de fil. Presbyt. & ità deciſum fuiſſe in Rota coram Seraphin. deciſ.* 1442. *refert Barboſ. d. par. 3. all. 65. nu.* 16. Quare filius legitimus poteſt etiã habere penſionem ſuper beneficio paterno, *vt d. Garc. d. p. 7. cap. 3. num.* 35.

13 Addit *Sayr. de Cenſur. lib. 6. c. 11 num. 4. Sorb. in compend. priuileg. ver. Diſpenſatio, quos refert, & ſequitur Vulp. in Prax. Iudic. for. eccleſ. cap. 47. num.* 31. *in fin.* quod filius illegitimus in Religione, in qua pater ſiue ante, ſiue poſt natiuitatem filij profeſſus fuerit, ipſo patre viuente non debet admitti:

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus beneficia ſuæ ordinariæ diſpoſitioni ſubiecta poteſt vnire, diuidere, & extinguere ex iuſta cauſa.*

2 *Beneficia ſedi apoſtolicæ affecta Epiſcopus poteſt vnire in caſibus in Sac. Concilio Tridentino expreſſis.*

3 *An Epiſcopus vnire poſſit beneficia reſeruata de tempore vnionis.*

4 *An poſſit Epiſcopus vnire beneficia, quorum collationem ſimpliciter ſibi Papa reſeruauit.*

Et quid ſi Papa non tantum collationem reſeruauit, ſed quamcumque aliam diſpoſitionem, ibidem.

5 *Quando Epiſcopus poſſit extinguere præbendas, vt augeantur diſtributiones.*

6 *An valida ſit vnio facta Capitulo, ſeu menſæ Capitulari.*

7 *An conſilium quatuor Deputatorum requirendum ſit in vnione beneficiorum ſeminario facienda.*

8 *An vnio in tali caſu facienda ſit ante beneficiorum vacationem.*

9 *An ſeminariũ in hoc caſu debeat eſſe actu erectum.*

10 *An ante vnionem debeat fieri cõtributio de fructibus menſæ epiſcopalis, & aliorum beneficiorũ Diœceſis.*

11 *Ad quam ſummam beneficia ſint taxanda in tali caſu.*

12 *An ad hanc contributionem teneantur etiam Cardinales.*

13 *An Canonici teneantur contribuere, ſi reditus Canonicatuum conſiſtunt in diſtributionibus quotidianis.*

14 *An teneatur contribuere Hoſpitale, quod neque in titulum, neque in adminiſtrationem datur.*

15 *An*